



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 2. Initium Concilii Lateranensis Romæ sub Julio II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI in votis habebat, quam quod Hispalensis
A.C. 1512. ac Toletanus Archiepiscopi venirent, ut-
 pote Viri toto Regno illustrissimi, ac sci-
 entiarum laude longe clarissimi, quorum
 ultimus erat Cardinalis Ximenius, me-
 ritorum præstantia nominatissimus. Hi
 ergo si in Concilio præsentibus forent,
 Decretis condendis ampliorem auctori-
 tatem accessuram, haud immerito spera-
 bat Pontifex; quapropter Hispalensi Ar-
 chiepiscopo purpuræ quoque dignitatem
 obtulit, ut forte honoris stimulo concita-
 tus, itineris suscipiendi obstacula supera-
 ret. Ast ambo hi Præsules Romam ad-
 ire præpediebantur.

§. II.

*Initium Concilii Lateranensis Romæ
sub Julio II.*

Lab. coll. **N**ec tamen horum absentia summum
Conc. gener. Pontificem absterrebat, quominus
t. 14. p. 4. tertia Maji die Lunæ in festo Inventionis
Guicc. l. 10. S. Crucis Anno Domini millesimo quin-
Spon. ad an. gentesimo duodecimo Concilium Latera-
1512. n. 7. nense ejusdem nominis quintum solem-
 ni ritu auspicaretur. Igitur Julius Pontifi-
 cis habitu ornatus ad Basilicam proces-
 sit, eum comitantibus quindecim Cardi-
 nalibus, octoginta ferme Archiepiscopis,
 cunctis natione Italis, sex Abbatibus ac
 Ordinum Generalibus. Hæc solemnia au-
 gustissi-

gustissima prorsus pompa celebrabantur, Sæcul. XVI.
 „ tamque luculenta religionis signa ede- A.C. 1512.
 „ bantur, inquit Guicciardinus, ut du-
 „ rissima quæque corda ad pietatem com-
 „ moveri potuissent, nisi quorundam
 „ animos sinistra de Pontifice opinio præ-
 „ occupasset. „ Post hæc Solemne sa-
 crum peragitur a Raphaele Ostiensi Epi-
 scopo, Cardinale S. Georgii, S. R. Ec-
 clesiæ Camerario, sacrique Collegii De-
 cano, ac demum Evangelio per Arrago-
 niæ Cardinalem decantato Farnesius Car-
 dinalis tit. S. Eustachii epistolam recita-
 vit, qua summus Pontifex Purpuratos,
 & cetera Synodi membra hortatus est,
 ut Deo magis, quam hominibus placere,
 bonumque Ecclesiæ promovere studerent.
 Ea perlecta Pontifex Sessionem primam
 ad decimam Maji, quæ erat Feria se-
 cunda, indixit, denique priusquam hæc
 solemnia absolverentur, Ægidius de Vi-
 terbio Fratrum Augustinianorum Gene-
 ralis Minister, magni tunc nominis Ora-
 tor prolixum sermonem declamabat.

§. III.

*Oratio pro solemnibus initio Concilii La-
 teranensis ab Augustinianorum
 Generali habita.*

Igitur, ut congregatorum benevolentiam captaret, velut vaticinans, inquit: *Marian. lib. 30. n. 45.*
 Anni